

## IN LITANIIS MAIORIBUS

1. Clerus et populus, hora statuta mane in ecclesia congregati, omnes contrito et humili corde Deum flexis genibus paulisper precentur. Sacerdos amictu, alba, cingulo, stola et pluviali cum Ministris, vel saltem superpelliceo et stola violacei coloris sit indutus ; cujus coloris habitu in reliquis Processionibus semper utatur, præterquam in Processionibus Corporis Christi, et quæ fiunt solemnibus diebus, vel in gratiarum actionem ; quibus diebus utitur colore propria ; solemnitati congruente. Ceteri vero Sacerdotes et Clerici, superpelliceis induti, sequentem Antiphonam stantes concinant :

*Ant. Ps. 43, 26.* Exsúrge, Dómine, ádiuva nos : et líbera nos propter nomen tuum.

*Ps. ibid., 26.* Deus, áuribus nostris audívimus : patres nostri annuntiavérunt nobis.

✠ Glória Patri.

*Et repetitur*

*Ant.* Exsúrge, Dómine, ádiuva nos : et líbera nos propter nomen tuum.

2. Deinde genuflectant omnes : et duo Clerici ante Altare majus genuflexi, devote Litanias Sanctorum cantare incipiant.

Kýrie eléison.

Christe eléison.

Kýrie eléison.

Pater de cælis Deus, miserére nobis.

Fili Redémptor mundi Deus, miserére nobis.

Spíritus Sancte Deus, miserére nobis.

Sancta Trínitas unus Deus, miserére nobis.

3. *Cum autem cantatum erit :*

Sancta María, ora pro nobis.

surgunt omnes, et ordinatim procedunt, egredientes, Litaniasque prosequentes, præcedente cruce et sequente Clero, ultimo loco Sacerdos paratus, ut supra dictum est, cum Ministris, prout res vel locus postulat, sacris vestibus indutis.

4. Si Processio sit longior, vel repetantur Litanie, vel Litanis absolutis usque ad Preces exclusive, dicantur aliqui Psalmi ex Pœnitentialibus seu Gradualibus. Hymni vero, vel cantica lætities in iis aut aliis pœnitentiæ causa institutis Processionibus, ne dicantur.

5. Si ad unam vel plures ecclesias in via sit divertendum, ingressis ecclesiam, intermissisque Litanis vel Psalmis, cantatur Antiphona cum Versu et Oratione sancti Patroni illius ecclesiæ. Deinde egredientes, resumptis Litanis vel Psalmis, eodem ordine procedunt usque ad ecclesiam, ubi cum Precibus et Orationibus omnibus, quæ infra Litanis adjunctæ sunt, terminatur.

6. Si contingat transferri Festum S. Marci Evangelistæ, non tamen transfertur Processio, nisi quando prædictum Festum occurrat in die Paschæ : tunc enim in Feriam III sequentem transferatur.

Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.

Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.

Sancte Míchaël, ora pro nobis.

Sancte Gábriel, ora pro nobis.

Sancte Ráphaël, ora pro nobis.

Omnes sancti Angeli et Archángeli, oráte pro nobis.

## LITANIES MAJEURES

1. Que clergé et le peuple, rassemblés à l'heure prévue le matin dans l'église, prient tous un moment à genoux Dieu d'un cœur contrit et d'un cœur humilié. Que Prêtre soit revêtu de l'amict, de l'aube, du cordon, de l'étole et de la chape avec les Ministres, ou au moins du surplis et de l'étole violette ; et que l'on use toujours de cette couleur de vêtement dans les autres Processions, sauf à la Procession de la Fête-Dieu, et celles qui se font les jours solennels, ou en action de grâce, auquel cas on utilise la couleur propre à ces jours selon la solennité. Les autres Prêtres et Clercs, revêtus du surplus, chantent debout l'antienne suivante :

*Ant.* Levez-vous, Seigneur, secourez-nous et délivrez-nous à cause de votre nom.

Ô Dieu, nous avons entendu de nos oreilles, nos pères nous ont raconté.

✠ Gloire au Père.

*Et on répète*

Levez-vous, Seigneur, secourez-nous et délivrez-nous à cause de votre nom.

2. Ensuite tous se mettent à genoux : et deux Clercs, à genoux devant le maître Autel, commencent à chanter dévotement les Litanies des Saints.

Seigneur ayez pitié.

Christ ayez pitié.

Seigneur ayez pitié.

Dieu le Père, du haut des cieux, ayez pitié de nous.

Dieu le Fils, Rédempteur du monde, ayez pitié de nous.

Dieu le Saint-Esprit, ayez pitié de nous.

Trinité sainte, un seul Dieu, ayez pitié de nous.

3. *Après avoir chanté :*

Sainte Marie, priez pour nous.

tous se lèvent, et avancent par ordre, en sortant, et poursuivant les Litanies, précédés de la Croix et du Clergé qui suit, en dernier lieu le Prêtre paré, comme il a été dit plus haut, avec les Ministres selon que l'occasion ou le lieu le demande, revêtus des ornements sacrés.

4. Si la Procession est trop longue, ou bien on répète les Litanies, ou celles-ci finies jusqu'aux Prières exclusivement, qu'on dise quelques Psaumes parmi les Pénitentiels ou les Graduels. Cependant, qu'on ne dise pas d'Hymnes cependant, ou de Cantiques de liesse, pendant ces Processions ou celles qui sont instituées pour une raison de pénitence.

5. Si le long du chemin il faut passer devant une ou plusieurs églises, on y entre, et on interrompt les Litanies ou les Psaumes. On chante l'Antienne avec ses Versets et l'Oraison du saint Patron de cette église. Ensuite, en sortant, on reprend les Litanies ou les Psaumes, et on procède dans le même ordre jusqu'à l'église, là où on termine avec toutes les Prières et les Oraisons qui suivent les Litanies.

6. S'il arrive qu'on doive transférer la Fête de St Marc Évangéliste, on ne transfère pas la Procession, sauf si la dite Fête tombe le dimanche de Pâques : dans ce cas elle est transférée au Mardi suivant.

Sainte Mère de Dieu, priez pour nous.

Sainte Vierge des Vierges, priez pour nous.

Saint Michel, priez pour nous.

Saint Gabriel, priez pour nous.

Saint Raphaël, priez pour nous.

Tous les saints Anges et Archange, priez pour nous.

Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, orate pro nobis.	Tous les saints ordres des Esprits bienheureux, priez pour nous.
Sancte Ioannes Baptista, ora pro nobis.	Saint Jean-Baptiste, priez pour nous.
Sancte Ioseph, ora pro nobis.	Saint Joseph, priez pour nous.
Omnes sancti Patriarchae et Prophetae, orate pro nobis.	Tous les saints Patriarches et Prophètes, priez pour nous.
Sancte Petre, ora pro nobis.	Saint Pierre, priez pour nous.
Sancte Paule, ora pro nobis.	Saint Paul, priez pour nous.
Sancte Andrea, ora pro nobis.	Saint André, priez pour nous.
Sancte Iacobe, ora pro nobis.	Saint Jacques, priez pour nous.
Sancte Ioannes, ora pro nobis.	Saint Jean, priez pour nous.
Sancte Thoma, ora pro nobis.	Saint Thomas, priez pour nous.
Sancte Iacobe, ora pro nobis.	Saint Jacques, priez pour nous.
Sancte Philippe, ora pro nobis.	Saint Philippe, priez pour nous.
Sancte Bartholomae, ora pro nobis.	Saint Barthélémy, priez pour nous.
Sancte Matthae, ora pro nobis.	Saint Mathieu, priez pour nous.
Sancte Simon, ora pro nobis.	Saint Simon, priez pour nous.
Sancte Thaddae, ora pro nobis.	Saint Thaddée, priez pour nous.
Sancte Matthia, ora pro nobis.	Saint Matthias, priez pour nous.
Sancte Barnaba, ora pro nobis.	Saint Barnabé, priez pour nous.
Sancte Luca, ora pro nobis.	Saint Luc, priez pour nous.
Sancte Marce, ora pro nobis.	Saint Marc, priez pour nous.
Omnes sancti Apostoli et Evangelistae, orate pro nobis.	Tous les saints Apôtres et Évangélistes, priez pour nous.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.	Tous les saints Disciples du Seigneur, priez pour nous.
Omnes sancti Innocentes, orate pro nobis.	Tous les saints Innocents, priez pour nous.
Sancte Stéphane, ora pro nobis.	Saint Etienne, priez pour nous.
Sancte Laurenti, ora pro nobis.	Saint Laurent, priez pour nous.
Sancte Vincenti, ora pro nobis.	Saint Vincent, priez pour nous.
Sancti Fabiane et Sebastiane, orate pro nobis.	Saint Fabien et saint Sébastien, priez pour nous.
Sancti Ioannes et Paule, orate pro nobis.	Saint Jean et saint Paul, priez pour nous.
Sancti Cosma et Damiane orate pro nobis.	Saint Côme et saint Damien, priez pour nous.
Sancti Gervasi et Protasi, orate pro nobis.	Saint Gervais et saint Protas, priez pour nous.
Omnes sancti Martyres, orate pro nobis.	Tous les saints Martyrs, priez pour nous.
Sancte Silvester, ora pro nobis.	Saint Sylvestre, priez pour nous.
Sancte Gregori, ora pro nobis.	Saint Grégoire, priez pour nous.
Sancte Ambrasi, ora pro nobis.	Saint Ambroise, priez pour nous.
Sancte Augustine, ora pro nobis.	Saint Augustin, priez pour nous.
Sancte Hieronyme, ora pro nobis.	Saint Jérôme, priez pour nous.
Sancte Martine, ora pro nobis.	Saint Martin, priez pour nous.
Sancte Nicolae, ora pro nobis.	Saint Nicolas, priez pour nous.
Omnes sancti Pontifices et Confessores, orate pro nobis.	Tous les saints Pontifes et Confesseurs, priez pour nous.
Omnes sancti Doctores, orate pro nobis.	Tous les saints Docteurs, priez pour nous.
Sancte Pater Benedicte, ora pro nobis.	Saint Père Benoît, priez pour nous.
Sancte Antoni, ora pro nobis.	Saint Antoine, priez pour nous.
Sancte Bernarde, ora pro nobis.	Saint Bernard, priez pour nous.
Sancte Domínice, ora pro nobis.	Saint Dominique, priez pour nous.
Sancte Francisce, ora pro nobis.	Saint François, priez pour nous.
Sancti Maure et Placide, orate pro nobis.	Saint Maur et Saint Placide, priez pour nous.
Omnes sancti Sacerdotes et Levitae, orate pro nobis.	Tous les saints Prêtres et Lévités, priez pour nous.
Omnes sancti Monachi et Eremitae, orate pro nobis.	Tous les saints Moines et Ermites, priez pour nous.
Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis.	Sainte Marie-Madeleine, priez pour nous.
Sancta Agatha, ora pro nobis.	Sainte Agathe, priez pour nous.
Sancta Lucia, ora pro nobis.	Sainte Lucie, priez pour nous.
Sancta Agnes, ora pro nobis.	Sainte Agnès, priez pour nous.
Sancta Caecilia, ora pro nobis.	Sainte Cécile, priez pour nous.
Sancta Catharina, ora pro nobis.	Sainte Catherine, priez pour nous.
Sancta Anastasia, ora pro nobis.	Sainte Anastasie, priez pour nous.
Sancta Scholastica, ora pro nobis.	Sainte Scholastique, priez pour nous.

Omnes sanctæ Virgines et Víduæ, oráte pro nobis.	Toutes les saintes Vierges et Veuves, priez pour nous.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.	Tous les Saints et Saintes de Dieu, intercédez pour nous.
Propítius esto, parce nobis Dómine.	Soyez-nous propice, pardonnez-nous, Seigneur.
Propítius esto, exáudi nos Dómine.	Soyez-nous propice, exaucez-nous, Seigneur.
Ab omni malo, líbera nos Dómine.	De tout mal, délivrez-nous, Seigneur.
Ab omni peccáto, líbera nos Dómine.	De tout péché, délivrez-nous, Seigneur.
Ab ira tua, líbera nos Dómine.	De votre colère, délivrez-nous, Seigneur.
A subitánea et improvísá morte, líbera nos Dómine.	D'une mort subite et imprévue, délivrez-nous, Seigneur.
Ab insidiis diabóli, líbera nos Dómine.	Des embûches du démon, délivrez-nous, Seigneur.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera nos Dómine.	De la colère, de la haine, et de toute mauvaise volonté, délivrez-nous, Seigneur.
A spírítu fornicatiónis, líbera nos Dómine.	De l'esprit de fornication, délivrez-nous, Seigneur.
A fúlgure et tempestáte, líbera nos Dómine.	De la foudre et de la tempête, délivrez-nous, Seigneur.
A flagéllo terræmótus, líbera nos Dómine.	Du fléau des tremblements de terre, délivrez-nous, Seigneur.
A peste, fame, et bello, líbera nos Dómine.	De la peste, de la famine et de la guerre, délivrez-nous, Seigneur.
A morte perpétua, líbera nos Dómine.	De la mort éternelle, délivrez-nous, Seigneur.
Per mystérium sanctæ incarnatiónis tuæ, líbera nos Dómine.	Par le mystère de votre sainte incarnation, délivrez-nous, Seigneur.
Per advéntum tuum, líbera nos Dómine.	Par votre avènement, délivrez-nous, Seigneur.
Per nativítatem tuam, líbera nos Dómine.	Par votre nativité, délivrez-nous, Seigneur.
Per baptísmum et sanctum ieiúnium tuum, líbera nos Dómine.	Par votre baptême et votre saint jeûne, délivrez-nous, Seigneur.
Per crucem et passióem tuam, líbera nos Dómine.	Par votre croix et votre passion, délivrez-nous, Seigneur.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera nos Dómine.	Par votre mort et votre sépulture, délivrez-nous, Seigneur.
Per sanctam resurrectióem tuam, líbera nos Dómine.	Par votre sainte résurrection, délivrez-nous, Seigneur.
Per admirábilem ascensióem tuam, líbera nos Dómine.	Par votre admirable ascension, délivrez-nous, Seigneur.
Per advéntum Spírítus Sancti Parácliti, líbera nos Dómine.	Par la venue du Saint-Esprit Consolateur, délivrez-nous, Seigneur.
In die iudícii, líbera nos Dómine.	Au jour du jugement, délivrez-nous, Seigneur.
Peccatóres, te rogámus audi nos.	Pécheurs que nous sommes, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut nobis parcas, te rogámus audi nos.	Daignez nous pardonner, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut nobis indúlgeas, te rogámus audi nos.	Daignez nous faire grâce, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut ad veram pæniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus audi nos.	Daignez nous conduire à une véritable pénitence, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut Ecclésiám tuam sanctam * régere et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.	Daignez gouverner et conserver votre Église sainte, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut omnes ecclesiásticos órdenes * in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus audi nos.	Daignez maintenir dans votre sainte religion tous les ordres de la hiérarchie ecclésiastique, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ * humiliáre dignéris, te rogámus audi nos.	Daignez abaisser les ennemis de la sainte Église, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut régibus et princípibus christiánis * pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus audi nos.	Daignez établir une paix et une concorde véritables entre les rois et les princes chrétiens, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut cuncto pópulo christiáno * pacem et unitátem largíri dignéris, te rogámus audi nos.	Daignez accorder à tout le peuple chrétien la paix et l'unité, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ revocáre, * et infidéles unívrsos ad Evangélii lumen perdúcere dignéris, te rogámus audi nos.	Daignez rappeler à l'unité de l'Église tous ceux qui sont dans l'erreur et conduire à la lumière de l'Évangile tous les infidèles, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio * confortáre et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.	Daignez nous conserver et nous fortifier dans votre saint service, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut mentes nostras * ad cæléstia desidéria érigas, te rogámus audi nos.	Daignez élever notre esprit et les désirs de notre cœur vers les biens célestes, nous vous en supplions, écoutez-nous.

Ut ómnibus benefactoribus nostris * sempiterna bona re- tribuas, te rogámus audi nos.	Daignez récompenser tous nos bienfaiteurs en leur donnant le bonheur éternel, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut ánimas nostras, * fratrum, propinquorum et bene- factorum nostrorum * ab aeterna damnatione erípias, te rogámus audi nos.	Daignez délivrer de la damnation éternelle, nos âmes, et celles de nos frères, de nos parents et de nos bienfaiteurs, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut fructus terrae * dare et conservare digneris, te rogámus audi nos.	Daignez nous donner les fruits de la terre et les conserver, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut ómnibus fidelibus defunctis * requiem aeternam donare digneris, te rogámus audi nos.	Daignez accorder à tous les fidèles défunts le repos éternel, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Ut nos exaudire digneris, te rogámus audi nos.	Daignez exaucer nos vœux, nous vous en supplions, écou- tez-nous.
Fili Dei, te rogámus audi nos.	Fils de Dieu, nous vous en supplions, écoutez-nous.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Dómine.	Agneau de Dieu, qui ôtez les péchés du monde, pardonnez- nous, Seigneur.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exáudi nos Dómine.	Agneau de Dieu, qui ôtez les péchés du monde, exaucez- nous, Seigneur.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.	Agneau de Dieu, qui ôtez les péchés du monde, ayez pitié de nous.
Christe, audi nos.	Christ, écoutez-nous.
Christe, exáudi nos.	Christ, exaucez-nous.
Kýrie eléison.	Seigneur ayez pitié.
Christe eléison.	Christ ayez pitié.
Kýrie eléison.	Seigneur ayez pitié.
Pater noster. <i>secreto usque ad</i>	Notre Père <i>en silence jusqu'à</i>
✠ Et ne nos indúcas in tentationem.	✠ Et ne nous laissez pas succomber à la tentation.
✠ Sed líbera nos a malo.	✠ Mais délivrez-nous du mal.

**Psalmus 69**

**Psaume 69**

Deus, in adiutorium meum inténde : * Dómine, ad adiuvandum me festína.	Ô Dieu, venez à mon aide ; Seigneur, hâtez-vous de me se- courir.
Confundántur et revereántur, * qui quærunt ánimam meam.	Qu'ils soient confondus, et couverts de honte, ceux qui cherchent mon âme.
Avertántur retrórsus, et erubescant, * qui volunt mihi mala.	Qu'ils soient rejetés en arrière et qu'ils rougissent, ceux qui me veulent des maux.
Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.	Qu'ils soient aussitôt repoussés en rougissant, ceux qui me disent : Ah ! Ah !
Exsúltent et læténtur in te omnes qui quærunt te, * et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutáre tuum.	Mais qu'ils soient dans l'allégresse et se réjouissent en vous tous ceux qui vous cherchent, et qu'ils disent sans cesse : Que le Seigneur soit glorifié, ceux qui aiment votre salut.
Ego vero egénus, et pauper sum : * Deus, ádiuva me.	Pour moi je suis indigent et pauvre ; Dieu, aidez-moi.
Adiutor meus, et liberator meus es tu : * Dómine, ne moré- ris.	Vous êtes mon aide et mon libérateur ; Seigneur, ne tardez pas.
Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.	Gloire au Père et au Fils et au Saint-Esprit.
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.	Comme il était au commencement, maintenant et toujours, et dans les siècles des siècles.
✠ Salvos fac servos tuos.	✠ Sauvez vos serviteurs.
✠ Deus meus sperántes in te.	✠ Qui espèrent en vous, mon Dieu.
✠ Esto nobis Dómine turris fortitúdinis.	✠ Seigneur, soyez pour nous une tour forte.
✠ A fácie inimíci.	✠ A la face de l'ennemi.
✠ Nihil proficiat inimícus in nobis.	✠ Que l'ennemi ne prévale en rien contre nous.
✠ Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.	✠ Et que le fils d'iniquité ne puisse nous nuire.
✠ Dómine non secúndum peccata nostra fácias nobis.	✠ Seigneur, ne nous traitez pas selon nos péchés.
✠ Neque secúndum iniquitátes nostras retribuas nobis.	✠ Et ne nous rétribuez pas selon nos iniquités.
✠ Orémus pro benefactoribus nostris.	✠ Prions pour nos bienfaiteurs.
✠ Retribúere dignáre Dómine, + ómnibus nobis bona fa- ciéntibus propter nomen tuum, * vitam aeternam. Amen.	✠ Daignez, Seigneur, pour la gloire de votre nom, accorder la vie éternelle à ceux qui nous font du bien. Ainsi soit-il.
✠ Orémus pro fidelibus defunctis.	✠ Prions pour les fidèles défunts.
✠ Réquiem aeternam dona eis Dómine, * et lux perpétua lúceat eis.	✠ Seigneur, donnez-leur le repos éternel, et que la lumière sans fin luise sur eux.
✠ Requiéscant in pace. ✠ Amen.	✠ Qu'ils reposent en paix. ✠ Ainsi soit-il.

℣ Pro fratribus nostris abséntibus.

℞ Salvos fac servos tuos, \* Deus meus, sperántes in te.

℣ Mitte eis Dómine auxiliúm de sancto.

℞ Et de Sion tuere eos.

℣ Dómine exáudi oratióne meam.

℞ Et clamor meus ad te veniat.

℣ Dóminus vobíscum.

℞ Et cum spiritu tuo.

#### Orémus. Oratio

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere : súscipe deprecatióne nostram ; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exáudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces : et confiténtium tibi parce peccátis ; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem.

Ineffábilem nobis Dómine misericórdiam tuam cleménter osténde : ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas ; et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offéndetis, pœniténtia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius réspice ; et flagélla tuæ iracúndiæ quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et iusta sunt ópera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum Dómine : ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissióne cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióne consequántur.

Actiões nostras, quæsumus Dómine, aspiránde præveni, et adiuvánde proséquere : ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænúscis : te súpplices exorámus ; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sœculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum iam exútos córpore suscepit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per omnia sœcula sœculórum.

℞ Amen.

℣ Dominus vobíscum. ℞ Et cum spiritu tuo.

℣ Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus.

℞ Amen.

℣ Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. ℞ Amen.

℣ Prions pour nos frères absents.

℞ Mon Dieu, sauvez vos serviteurs qui espèrent en vous.

℣ Seigneur, envoyez-leur du secours du lieu saint.

℞ Et de Sion, protégez-les.

℣ Seigneur, exaucez ma prière.

℞ Et que mes cris s'élèvent jusqu'à vous.

℣ Que le Seigneur soit avec vous.

℞ Et avec votre esprit.

#### Prions. Prière

Ô Dieu, dont le propre est d'avoir toujours pitié et de pardonner, accueillez notre prière ; et que, par un effet de votre clémence et de votre bonté miséricordieuse, nous soyons délivrés des liens de nos péchés, nous et tous vos serviteurs.

Nous vous demandons, Seigneur, d'exaucer nos suppliants prières et de nous remettre nos péchés, dont nous vous faisons l'aveu ; en sorte que votre bonté nous accorde en même temps l'indulgence et la paix.

Seigneur, faites paraître sur nous, en toute clémence, votre ineffable miséricorde ; et, nous délivrant de tous nos péchés, délivrez-nous aussi des peines qu'ils nous ont méritées.

Ô Dieu, que les péchés offensent, et que la pénitence apaise : recevez en pitié les humbles prières de votre peuple suppliant, et détournez de nous les fléaux de votre colère, que nous méritons à cause de nos péchés.

Ô Dieu, qui êtes la source des saints desirs, des bons desseins, et des actions justes, accordez à vos serviteurs cette paix que le monde ne peut donner, afin que nos cœurs s'attachent à vos commandements, et que, délivrés de la crainte des ennemis, nous ayons des jours tranquilles sous votre protection.

Seigneur, brûlez nos reins et nos cœurs du feu de l'Esprit-Saint, pour que nous vous servions dans un corps chaste et que nous vous soyons agréables par la pureté de nos âmes.

Seigneur, qui êtes le Créateur et le Rédempteur de tous les fidèles, accordez aux âmes de vos serviteurs et servantes la rémission de tous leurs péchés ; afin qu'elles obtiennent, par nos pieuses supplications, le pardon qu'elles ont toujours désiré.

Nous vous prions, Seigneur, de prévenir toutes nos actions par votre inspiration, et de les conduire par votre grâce ; afin toutes nos prières et toutes nos œuvres aient en vous leur commencement et leur fin.

Dieu tout-puissant et éternel, souverain Seigneur des vivants et des morts, qui faites miséricorde à tous ceux que vous connaissez devoir être du nombre de vos élus par leur foi et leurs bonnes œuvres, nous vous demandons en toute humilité que ceux pour qui nous vous adressons des prières, qu'ils soient encore retenus en ce monde par les liens de la chair, ou, que, déjà dépouillés de leurs corps, ils soient passés dans l'autre monde, obtiennent de votre clémence et de votre bonté, par l'intercession de tous vos Saints, la rémission de tous leurs péchés.

℞ Ainsi soit-il.

℣ Que le Seigneur soit avec vous. ℞ Et avec votre esprit.

℣ Que le Seigneur tout-puissant et miséricordieux nous exauce. ℞ Ainsi soit-il.

℣ Et que, par la miséricorde de Dieu, les âmes des fidèles défunts reposent en paix. ℞ Ainsi soit-il.